Exaudi nos misericors deus
et mentibus nostris gratie tue
lumen ostende. P. Sabbato
Intret oratio mea Introitus
in conspectu tuo domine inclina aurem
tuam ad precem meam. Ps. Domine
deus salutis mee in die clamavi et
nocte coram te. V. Gloria. Oremus
Flec. Genua. Levate. Oratio
Populum tuum quesumus domine
propitius respice: atque
ab eo flagella tue iracun
die clementer averte. Lectio
libri deuteronomii
In diebus illis oravit moy
ses ad dominum dicens Respi
ce domine de sanctuario tuo: et
de excelso celorum habitaculo:
et benedic populo tuo israel: et
terram quam dedisti nobis: sicut iu
rasti patribus nostris dare ter
ram lacte et melle manan
tem. Audi israel: hodie do
minus deus tuus: precepit
tibi ut facias mandata eius
atque iudicia: et custodi
as et impleas ex toto corde
tuo: et ex tota anima tua. Do
minum elegisti hodie ut
sit tibi deus: et ambules in
viis eius: et custodias ceri
monias illius et mandata
atque iudicia: et obedias
eius imperio: et dominus elegit
te hodie ut sis ei populus
peculiaris: sicut locutus est tibi.
Et custodias omnia precepta ei
us: et faciat te excelsiorem
cunctis gentibus: quas creavit
in laudem et nomen et gloriam
suam: ut sis populus sanctus
domini dei tui: sicut locutus est.
Gr. Propitius esto domine peccatis nostris
ne quando dicant gentes ubi est deus eorum.
V. Adiuva nos deus salutaris noster et
propter honorem nominis tui domine libera nos
Oremus. Flec. Ge. Levate. Oratio
Protector noster aspice de
us: ut qui malorum nostrorum
pondere premimur: percepta
misericordia libera tibi mente famulemur. P.
Lectio libri deuteronomii
In diebus illis Dixit moyses fi
liis israel Si custodieritis
mandata que ego precipio vobis:
et feceritis ea ut diligatis do
minum deum vestrum: et ambuletis
in omnibus viis eius adherentes
ei Disperdet dominus omnes gentes

License: cc-by – Sansepolcro, Archivio Storico Diocesano, Archivio Vescovile, Pergamene, busta 3, n.19, 2r – Breviary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-s5ta/9340/68938)